

T. LIVII HIST. AB VRBE

et conuictiis dominorum. Elatus deinde ira adiecit , nondum
annum dierum solem occidisse. Id minaciter dictum non Thessali
modò in sese, sed etiam Romani acceperunt, & cùm fremitus
post eam vocem ortus, & tandem sedatus esset : Perræbiorum
inde Athamanumque legatis respondit, eandem de quibus illia-
gant, ciuitatum causam esse. consulem Acilium & Romanos sibi de-
disse cas, cùm hostium essent. si suum munus qui dedissent, adimere
velint , scire se cedendum esse : sed meliori ac fideliori amico in gra-
tiam leuum & inutilium sociorum iniuriam eos esse facturos. ne
enim ullius rei minus diuturnam esse gratiam, quam libertatis; pra-
fertim apud eos qui male utendo eam corrupturi sint. Causa co-
gnita pronunciauerunt legati placere deduci presidia Macedonum